



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De excommunicatione, & eius effectu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

Excommunicatus non potest acceptare beneficium ecclesiasticum.
 Excommunicatus nuda, vel inuita, quem effectum habeat quod latissimum
 excommunicatur.
 Contentus ubi vult dicitur de culpa mortalem efficiat.
 Si quis excommunicatus non sit per consuetudinem mortale.
 Si quis potest dispensare cum eo, qui obtinuit beneficium eo tempore quo erat
 excommunicatus.
 Excommunicatus non potest beneficium conferre, nec eligere, nec presen-
 tare.
 Excommunicatus per annum persistens in excommunicatione, quia poena sit
 ostendit. Et inibi intellet. c. rufus. Et c. quicumque. 11. q. 3.
 In latet. c. cum contrahat. de haeret. in 6.

Vndecimo prater alios excommunicationis maioris
 effectus quoad exteriora non minimus est, quod col-
 latio beneficii facta excommunicato, est nulla iure. tex.
 in glo. in cap. postulat. de cler. excom. minist. cuius conclusio
 in glo. est ratio quod beneficia ecclesiastica praecipue deni-
 tur propter officium, e. cum secundum de preben. c. vlt. de rescript. in
 cap. postulat. 12. q. 2. c. generaliter. 16. q. 1. notat gloss. in c. vlt. de offi-
 cio. in cap. postulat. de cler. excom. minist. & gloss. in c. apostoli-
 ca de except. Hae ratio comprobatur, quia iure canonico ob-
 tentum est beneficium non posse conferri ei, qui tempore
 collationis sit irregularis: imo collatio huic facta, nulla
 est secundum Dyn. in reg. iur. in 6. In hoc in c. cum nostris de con-
 sensu. Milis in repert. in verb. irregularis, vt homicida. & plerof-
 que alios, quorum opinionem ipse retuli in reg. pe. ca. um. de
 reg. iur. 2. par. §. 8. num. 6. non alia equidem ratione, nisi quod
 irregularis suspensus sit ab officio, cuius causa beneficium
 datur, executione, & tamen vt haec a nobis proposita con-
 clusio longius pateat, ad eius intellectum aliquot hoc in
 loco adnotabimus: est etenim haec opinio communis, vt
 asserat Ioan. Staphil. de liter. grat. & iust. fol. 82. col. 2.

Primum, quod excommunicatus eligi ad beneficium
 ecclesiasticum non possit: imo electio eiusdem nulla sit, c.
 cum inter de elec. c. constitutus de appell. vlt. de cler. excom. minist. c. illa.
 ceteris in glo. de elec. gloss. in c. si forte de elec. in 6. Archid. in c.
 in glo. 63. dist. 1. & est omnium communis opinio, quam se-
 quuntur Bertach. in tract. de Episc. 1. par. 2. lib. 9. quest. 4. Specul. tit.
 de illis concept. §. vlt. ad fin. Doct. in cap. cum dilectus de consuet. imo
 nec potest excommunicatus postulari. text. in cap. 1. de postul.
 prae. gloss. in c. vlt. de excess. prelat.

Secundo est ad idem obseruandum, excommunicatum
 non posse presentari a patrono laico, vel clerico ad
 beneficium iuris patronatus, hoc probatur argumentatio-
 ne deducta ab electione ad praesentationem, qua vtitur gl.
 communiter recepta in cap. vlt. vbi est optimus text. de elec. in
 6. sed in specie hoc ipsum adnotare videntur Lapsus allegat.
 & Archid. in c. 1. col. 2. de except. lib. 6. expressim Celar Lam-
 bert. de iure patron. part. 2. lib. 9. quest. prin. ar. 1. Rebuff. in concord.
 tit. de excom. non vitandis. col. 3. & Rechtus Curtius in verb. honorifi-
 cum. q. 4. num. 1. dum hanc opinionem tenet in excommu-
 nicato etiam minori excommunicatione, auctoritate text.
 in cap. si celebrat. de cler. excom. minist.

Tertio constat, eandem principalem opinionem pro-
 ceedere in excommunicato, siue is sit excommunicatus ab
 homine, siue a iure. Ioan. Imol. in c. cum dilectus. col. pen. de con-
 sensu. Rota Antiq. 363. Abb. in c. apostolica. de except. Nec videtur
 posse haec in re iure dubitari, quia eadem ratio, qua dicitur
 collationem beneficii factam excommunicato ab homine
 esse nullam, probat idem in excommunicato a iure.

Quarto, haec ipsa principalis conclusio verè obtinet,
 etiam collatio beneficii facta sit motu proprio, secundum
 Cardin. in Clem. 1. §. 1. quaest. 4. de relig. dom. qui fatentur, hanc
 opinionem communè esse, qua probatur ex eo, quod motus
 proprius, licet aliqui multa operetur ad tollendâ sur-
 reptionem, non tamen inducit dispensationem aliquam,
 nec tollit vitium, quod patitur quis, & quo impeditur iurè
 obtinere id, quod sibi conceditur: etenim non inducit dis-
 pensationem ad obtinendum duo beneficia, qua simul nō
 possunt obtineri, iure Canonico prohibente, gloss. inibi
 communiter recepta in cap. si motu proprio de preben. in 6. cui si-
 milis in Clem. si Romanus de preben. quam prater Doct. ibi se-
 quitur & commendat Roman. in singul. 419. Francus in cap.
 equum de preben. in 6. col. 2. Abb. in c. cum olim. col. 4. de re iudic. sic
 rescriptum motu proprio concessum excommunicato, mi-
 nime valet. Bar. in Clem. vlt. de rescript. col. 9. deinde nec mo-
 tus proprius irregularitatem tollit, nec super ea dispensat,

Rota in nouis 112. Anchar. consil. 20. Felin. in c. causam, qua col. 2. in
 2. de test. quorum opinio communis est: tamen si plures effe-
 ctus motus proprii tradiderint ex iunioribus Felin. in d. cap.
 causam qua. Ioan. Staph. de lit. grat. & iust. fol. 83. Rebuff. in concor-
 dat. tit. de forma mand. apoff. in verb. motu proprio. ex quibus illud
 minime negari poterit, Romanum Pontificem ex eo dif-
 pensatione quadam tacita tollere vitium, quod quis habet,
 si scienter illius vitii non ignarus, beneficium illi contu-
 lerit. quod probatur in l. 2. & ibi gloss. c. de crim. sacrileg. I. qui-
 dam consulebant. ff. de re iud. vbi Alexan. post alios notant Rom.
 in consil. 327. Bartol. & alii in l. Barbarius. col. 5. ff. de offi. prator. Pa-
 norum. in cap. inuouit. col. 4. & in cap. cum cunctis. §. inferiora. 3. col. de
 elec. & in c. 2. col. 2. de schismat. Felin. in cap. praterea. num. 9. de testio.
 cogen. & Ioan. Staph. in d. fol. 83.

Quinto hinc conitatur, permutationem beneficiorum
 factam per excommunicatum minime valere, cum in ea
 collatio mutua contingat: atque ita visum est Card. in Clem.
 1. §. ipsius. de penis. & Chosma in pragmat. sanctione, tit. de collat. §.
 in super. in verb. disponere.

Sexto, haec principalis conclusio, quam hoc in loco
 explicamus, vera est, etiam si ipse excommunicatus non-
 dum fuerat tempore collationis denunciatus. Nam, vt saepe
 iam adnotauimus, constitutio Martini V. ad euitanda
 scandala, ipsos excommunicatos nullo beneficio afficit,
 nec illis aliquam vtilitatem confert, idcirco iura vetera
 quoad eos omnino obseruanda sunt.

Septimo idem respondendum erit, etiam si postmo-
 dum sequuta sit legitima absolutio ab excommunicatio-
 ne: etenim cum collatio beneficii ex eo nulla sit, quod eo
 tempore is, cui beneficium confertur, sit excommunicatus,
 minime haec collatio ab initio nulla, vires abiuuet abso-
 lutione secuta, non formatur. de regul. iur. in 6. cum simul. notant
 Archid. in c. nullus. dist. 8. & Anchar. in d. c. postulat. de cler. excom.
 minist. Nec video posse in hoc nullam contingere dubitatio-
 nem, siquidem haec illatio manifeste colligitur ex his, qua
 communi omnium consensu hac in questione traduntur.

Octauo ad praemissa oportet scire, collationem bene-
 ficii factam excommunicato, nullam esse, modo confect.
 eam excommunicatum fuisse tempore collationis. nec
 enim satis est probare post collationem ipsam in excom-
 municatione manere, aut ea censura affectum esse. textus
 optimus in c. proposuit. de cler. excom. minist. Rota in antiquis 238.
 sentit Archid. in d. c. nullus. notat Godefredus, cuius meminit
 Aegid. à Bellam. in cap. quod siue. ad fin. de elec.

Nono idem in pensione super beneficio ecclesiastico
 respondendum erit: nam ea excommunicatio conferri nō
 potest, etiam si pensio non sit beneficium, quod in specie
 adnotauit Hieron. Gigas de pensioib. q. 4. non inficior, huic
 opinioni minime conuenire rationem illam, quam addu-
 ximus ex cap. vlt. de cler. excom. minist. ad probationem princi-
 palis decisionis c. postulat. sed tamen propter odium exco-
 municatorum, & quia pensiones redditus ecclesiastici sunt,
 non admodum hanc opinionem improbamus.

Decimo, hac in controuersia opinamur, collationem
 beneficii factam excommunicato, nullam esse, etiam si
 ipse scit ignarus & inscius huius excommunicationis, gl.
 ibi Abb. & Cardin. in cap. pen. de cler. excom. minist. Doct. in c. pa-
 storalis. §. verum. de appellat. cuius opinionis ea est ratio, quod
 ignorantia excommunicationis est consideranda ad effu-
 giendas poenas iuris, statuta quidem aduersus excommu-
 nicatos aliquid prohibitum agentes: non tamen quoad va-
 lorem ipsius actus, sicuti satis receptum est: notatur in eo. c.
 penult. de cler. excom. minist. quam obrem mihi placet opinio
 praedicta, quam existimo communem esse.

Vndecimo, non tantum collatio beneficii ecclesiasti-
 ci facta excommunicato, est nulla, sed & impetratio litera-
 rum ad beneficia obtenta ab excommunicato, nulla iti-
 dem erit, argum. text. in cap. 1. de rescript. in 6. quo nulla cen-
 setur impetratio rescripti ad lites: igitur maiori ratione nul-
 la erit impetratio literarum ad beneficia: etenim haec argu-
 mentatio probatur ex c. ad audentiam. in 2. de rescript. & in c. qua-
 nus. de preben. in 6. sic sane in specie hanc decimam illationem
 veram esse, censet Card. in Clem. 1. §. 1. q. 3. de relig. dom. & pro-
 cedit, vt modo explicuimus: etiam si impetrans ipse inscius
 sit excommunicationis quod expressim notat Abb. in d. cap.
 pen. de cler. excom. minist. communiter Dd. in d. §. verum. tamen
 gloss. in d. pen. & in d. §. verum. Card. in consil. 40. Felin. in cap. sic
 iuris. col. de simonia. Rota in antiq. 218. Milis in repert. in ver. excom-
 muni. c. 1. 46.



unicatus maiori. contrarium teneant; & tamen effugiendas has Doctorum concertationes, & que in hac quaestione diximus, solet in Romana Curia, quoties fit alicuius beneficii collatio, aut dantur literae ad beneficia, dare itidem absolutum impetranti, & ei, cui contertur beneficium a quacunque excommunicatione, ad eum tantum effectum, cuius praxis & usus meminere Ioan. Staph. de literis gratia & iustit. jul. 82. Rebuff. in concordatis. tit. de excom. non vitan. Hieron. Gargas in tractat. de pensionib. q. 14. Felin. in c. apostolica. col. 1. de except.

¶ Duodecimo admonendum est, omnia, quae superius diximus, vera esse, quoties agitur de inquisitione iuris & tituli ad beneficium ecclesiasticum; quali secus sit, vbi tractetur de beneficii acceptance, quae potius ad factum, quam ad ius pertinet; atque ita non de beneficio acquirendo agitur, sed de iam acquisiti acceptance, aut de literis ad beneficia acceptandis. quod notant Rota in nouis 195. Cardin. consil. 103. col. 4. Rota antiquior vlt. de sentent. excomm. & antiqua 126. & 720. Rebuff. in d. iit. cum excomm. non vitan. ad fin. Ludouic. Gomez. in tract. de except. num. 60. vnde constituitur intellectus ad text. in cap. vlt. de consuet. in 6. siquidem opinionem illam praebendam vacantis, quam exequitur antiquior canonicus, poterit facere, licet sit excommunicatus; cum ea sit facti; sicut notat in specie Rota in nouis praedicta 195. & tamen, quia contrarium placuit in hac duodecima illatione Cardin. in d. cap. postulat. & Andr. Alciat. in cap. 1. de iudic. num. 12. oportet hic amplius prius adnotare, quod optio vel acceptatio ista ab excommunicato fieri non potest, si ad eam necessaria sit beneficii collatio noua, haec etenim excommunicato facta, nulla est iplo iure; quo quidem modo plerique intellexerunt. in c. referent. de praebend. ex quo omnino hac conclusio deducitur; tamen ea vera sit, & necessaria ad hoc, vt iuxta hunc sensum Cardin. opinionem admittamus; est ergo vera ista haec duodecima adnotatio, vbi de sola facti simplici acceptance tractatur; vt colligitur ex mente omnium, quos citauimus; qua ratione, qui habet literas ad beneficium vacaturum, poterit, etsi excommunicatus sit tempore, quo vacat, illud acceptare virtute literarum; & collatio erit suspendenda, donec ab excommunicatione fuerit absolutus, vt tunc iure fiat, ex his, quae Rota in antiquis. 33. scribit, & eam secutus Martin. Azpilcueta in c. si quando de rescript. col. 13. Non me latet, hanc duodecimam conclusionem admodum dubiam esse, quia & acceptatio beneficii iam collati, iuris acquisitionem inducere videatur; vt nos explicuimus lib. 3. variat. resolut. cap. 16. num. 4. quo in loco conati sumus, hanc dubitationem tollere, quae tamen & nunc sensu admodum vrget: etiam si a recepta frequentiori consensu opinione non discedamus.

¶ Decimotertio haec sunt accipienda, vbi excommunicatio valida sit: etenim si ea nulla est, minime afficit excommunicatum aliquo iuris impedimento: & ideo collatio beneficii ecclesiastici facta eidem non ex hoc nulla erit, quod excommunicato fuerit facta, secundum Abb. in c. ita quorumdam. de iuda. Henric. in c. dilectus. de appell. post alios inibi, quos sequitur Rebuff. in d. iit. de excom. non vitan. & in hoc non video, posse viliam contingere grauem dubitationem: na maior videri potest controuersia de excommunicatione iniusta, valida tamen, id est, rite a iudice vero lata: cuius questionis causa obiter hic tractandum est illud celebratissimum, an excommunicatio iniusta, alioqui rite lata; aliquid effectum habeat. huius questionis definitio exigit, quod praemittamus, excommunicationem quandoque nullam esse ipso iure, vel quia non est lata a suo iudice, vel post appellationem: vel contineat intolerabilem errorem; aut alij de causis, quae tradi solent in cap. per tuas. de sent. excom. in c. sacro. eod. tit. & haec quidem excommunicatio nec in animi iudicio, nec in exteriori vllum effectum habet, si consistit eam nullam esse: quod omnium consensu receptum est. Est alia excommunicatio, quae nulla non est, imo denique a suo iudice lata ante appellationem, ex causa tamen iniqua, cuius error patens non est in ipsa sententia: & haec ipso iure valida censetur, atque ideo absolutionem obtinere debet excommunicatus, alioqui vitandus est a sacris, & communione fidelium. De hac vero excommunicatione nostra contingit disputatio, quae facilius intelligitur, quibusdam propositis conclusionibus, ex quibus poterit quispiam ad disputationem adsumere, quae vtriusque partis sunt potissima fundamenta.

¶ Prima conclusio: Excommunicatio iniusta minime in animae iudicio ad culpam obligat: probatur ea ratione: quia

nemo potest excommunicari, nisi propter inobedientiam. nemo Episcoporum. 11. q. 3. c. multi. 2. q. 1. Et Marth. cap. 18. Si ecclesiam, inquit, non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Iudex autem non potest quenquam obligare, nisi tra legem & iustitiam, vt constat. igitur vbi iudex quid condito peccatum est contumacie vel inobedientiae, etiam si iudici non obtemperauerit. Ad idem optime coaducit Origenis auctoritas Hom. 14. ad cap. 24. Leuitici. vbi inquit: Si quis & foras mittatur, si ipse antea non exit, hoc est, si non egredietur, vt mereret exire, nihil laeditur in eo, quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsius, & ita sit, vt interdictum retineri. Hac Origines. Tame si Gratianus in c. si quis non recto. 24. q. 3. id tribuat Hieronymo. sunt & ad hoc pulchre D. August. verba in serm. 16. secundum Marth. cap. capiti habere. c. epist. 137. cap. quid obest homini. 11. q. 3. eandem sententiam probat text. vbi Abb. & Doct. in c. a nobis. in 2. de sent. excom. & est communis opinio, quam omnes statim in hac quaestione citandi, veram esse praemittunt: praesertim Hadrian. quod 6. conclus. 1. Theologi in 4. serm. vbi Maior quaest. 2. in dist. 18. & licet Hadrian. opinetur, sanctum Thomam in d. dist. 18. quaest. 1. ad 4. quaest. & inibi Palud. & plerique alios Theologos, & professores contrariam sententiam probare, vere tamen, nec D. Thomas, nec ceteri ab hac prima dissentunt conclusionem, quippe qui tantum concedant, iniuste excommunicatum debere patienter penas ipsas ferre, & cessare obediendi interim, donec absolutio fuerit praestita: quod non nocet huic primae conclusioni: nam Thomas & alij non admittunt, excommunicatum iniuste obligari in conscientia foro ad culpam, vt sit culpa non obedire iniusto praecipio, cui excommunicatio accedit, quemadmodum explicat D. Thom. a Soto in relect. de secreto. membro 3. quaest. 1. conclus. 4. aliter ex parte Hadrianum in hoc incusans, quod voluerit adducere istam primam conclusionem adducere Thom. & alios, sed tamen Hadriani allegatio aliorum tendit: quemadmodum in sequentibus conclusionibus apparebit.

¶ Secunda conclusio: Excommunicatus iniuste non est priuatus communibus & generalibus suffragijs Ecclesiae Catholicae: etenim Ecclesia non censetur velle quenquam iniuste tanta laesione afficere: atque idem censendum est, sub generali Ecclesiae intentione includi excommunicatos iniuste, & sine causa optimus text. in cap. illud plane. 11. q. 3. prudenti siquidem ratione interpretabimur, communem Ecclesiae intentionem in publicis praecationibus, & communibus suffragijs esse conformem diuino iudicio, diuinae voluntati, & dispensationi, secundum veritatem quidem, & non secundum errorem hominum: iniuste autem excommunicatus non priuatur apud Deum suffragijs Ecclesiae: igitur Ecclesia huic rationi conformis huiusmodi hominem minime priuabit, nec excludet ab eius communione, quam in suffragijs distribuendis habet. sic conclusionem istam probarunt Palud. in 4. sent. dist. 18. q. 1. c. 1. & ibi Ricar. art. 7. q. 2. Alex. de Hales 4. part. 1. q. 82. membro 1. Hadrian. in d. c. quodlibet. 6. q. 1. vers. sed dubium est. 10. Arbore lib. 5. Theoph. c. 21. Cardin. a Turre Crem. in cap. si quis Episcopus. 11. quaest. 3. Caiet. in opusculo, in vlt. dist. 27. quaest. cap. 13. Dominice a Soto in d. 3. memb. q. 1. conclus. 4. & est communis opinio, cui minime refragantur verba S. Thomae, in 4. dist. 18. q. 2. art. 1. ad 4. Quamuis, inquit, homo gratiam Dei amittere non possit iniuste potest tamen iniuste amittere illa, quae ex parte nostra sunt, quae ad gratiam Dei disponunt. sicut patet, si subtrahatur alicui doctrinae verbum, quod ei debetur: & hoc modo excommunicatio gratiam Dei subtrahere dicitur. Haec tamen Thomas, qui palam asseuerat, excommunicationem praesertim iniustam, non tollere gratiam gratum facientem, cum haec per peccati mortalis culpam subtrahatur: sed tamen tollit excommunicatio etiam iniusta dispositiones quasdam, & gratiam istam, quae possent facilius contingere per communionem cum fidelibus, per participationem & perceptionem sacramentorum, per auditionem diuinorum officiorum, quibus omnibus exterius priuatur excommunicatio etiam iniusta: non tamen ex hoc inferitur, eam priuare suffragijs generalibus Ecclesiae, quoad eius communem intentionem. vnde dicit Thomae sententia parum oberrat huic secundae conclusioni.

¶ Tertia conclusio: Excommunicatio vt cumque iniuste lata sit, deficiente causa & culpa ipsius excommunicati non

est contemnenda: imo si quis eam contempserit, peccati mortalis culpa afficitur: hanc assertionem exponit S. Thomas in d. art. 1. ad 4. *quæst.* & est communis omnium opinio. quorum proxima conclusio mentionem fecimus, quo in sensu accipiendum est, quod Divus Gregorius scripsit in *homil. 26. Evangeliorum*, apud Gratianum, in c. 1. 11. q. 3. sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est. idem probatur in c. qui in *istis est*. 11. q. 3. vers. 1. cuius hæc sunt verba: Qui in *istis est*. & in *istis maledicuntur*, præmium illi redditur. hæc Augustinus in *psal. 102.* addit Gratianus hic: Etli, vt dictum est, non tenentur ligatus apud Deum, sententia tamen parere debet, ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate conscientie absolutus tenebatur. hanc item conclusionem tenent glossæ in *convento episcoporum*. 11. q. 3. Abb. in c. ab excommunicato. de *rescriptis*. 11. idem Abb. in c. postulantis. ad fin. de *excom. ministris*. Doct. in c. per nos. de *sent. excom.* Matth. ab Afflic. in *constit.* Neapol. rub. 18. quorum ideo mentionem fecimus, vt admoneremus lectorum per hanc contemptum non esse contemnentem in animæ iudicio excommunicatum, sed tantum mortalis criminis culpa affectum, vt explicat S. Thom. in d. *quæst.* 4. Etenim contemptus in quacunque præcepti materia mortalem culpam inducit, c. *num orarium*. & ibi glossæ 25. dist. c. 5. ibi glossæ in *verb. contemnat. de sent. excom. lib. 6.* obligat siquidem superiorem præceptum ad hoc, ne contemnatur, quod pallium cõcedum est à Theologis & Canonistis, in c. 1. & in c. nam concupiscentiam. de *constit.* & in c. sacris. de *his que vi metueve causa sunt*.

Obitèr tamen, cum & id proposita disputationi conveniat, adiutorium est, quando vere dicendum sit, excommunicationem vel legem, aut præceptum contemni. non enim sequitur, statim contemptum dari, si quis iudici vel legi non obtemperaverit, etiã sciens quid lex & iudex præceperit. nam multis ex causis potest absque contemptu prætermitti legis vel iudicis obsequium: quod glossæ elegans sentit in c. si quis autem. 70. dist. non equidem diffiteor, contemptum quandoque alium pro simplici transgressione præcepti. *sent. c. 26.* inquit Dominus: Si nõ audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, sed speraveritis leges meas, & iudicia mea contempseritis, vt nõn faciatis ea, que à me constituta sunt. Quibus equidem verbis dicit Deus, omnes peccatores contemnere leges suas, quia non obediunt eis. quam significationem tradit Alfisiodorensis, 2. *lib. 1. in senar. act. 20.* & tamen hæc interpretatio non tendit in eam sententiam, quem hæc in parte contentidimus inquirere. Etenim altera contemptus significatio, quæ ex propria vi & natura mortalem culpam præmittit: nempe cum voluntas alicuius reus subitici ordinationis legis, vel regulæ, vel iudicis: & ea ex causa procedit ad faciendū contra legem, vel præceptum iudicis, vt tandem tunc dicitur quis legem transgredi ex contemptu, quando illius transgressio causa contemptus est, & ab illo, vt à causa, transgressio procedit. agimus etenim hic de contemptu cum transgressione legis, cuius significationem colligimus ex Alfisiodorensi in d. *art. 20.* Gerfon. *lect. 5. de vita anime spirit.* Hadr. in *quodlib. 6.* art. 2. S. Thom. & ibi Caiet. in 2. q. 1. 36. art. 5. ad 3. eodẽ Thom. & ibi Caiet. q. 105. art. 1. ad 1. & art. 2. rursus eodem Caiet. 71. art. 2. & in *sum. in verb. contemnat.* & eleganter Alfonso à Castro hoc ipsum explicat in *lib. 1. de pot. leg. penal. c. 5. doc. 6.* ex quibus satis constat, quã ratione accipiendū sit, quod plerunquæ à nostris traditur, scilicet ex contemptu culpam mortalem deduci. & deinde hæc ex radice inferuntur plura.

Primum hinc constat, nõn peccare ex contemptu illum, qui propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam vel iram, inducitur ad aliquid faciendū cõtra statuta legis, non autem ea ex causa, quod nolit subijci legis ordinationi, quod apertissime S. Thomas scribit in d. *art. 9. ad 3.* & sequuntur alij paulò ante citati, qui post eum scripsere redierat idem ipse Thomas *quæst. 105. artic. 1. ad primum*.

Secundò apparet, aliud esse quid fieri à contemne, aliud ex contemptu. potest enim quis contra legem agere contemnens quidem, & nolens subijci legis præcepto: & tamen non ex ipso contemptu, sed ex ira, concupiscentia, vel alia ex causa, quæ etiam secluso contemptu, nihilominus ad transgressiõnem induxit, hæc illari 3. à Gerfõne exponitur, quem sequuntur Hadrian. & Alfonso à Castro auctoritate Aristot. 1. 3. *Ethic. c. 1.* dum dixit is auctor, posse quem peccare ignorantia concomitante, non tamen ex ignorantia tanquam ex causa. vnde hæc transgressio non haberet mortalis culpæ reatum, ratione contemptus, tamen si con-

temptus ipse peccatum esset mortale, & ideo, vt mortale contemnendum. nam absque mortali culpa non potest quis nolle se subijci legibus, cum eo ipso legislatorem, vt magistratum publicum contemneret. *Luce liquidem c. 10.* inquit Saluator: Qui vos spernit, me spernit. sic sane D. Thom. in d. q. 105. art. 1. probat, inobedienciã peccatum esse mortale, & eam proprie contingere, cum quis præceptum contemnit.

Tertiò inde inferitur, an verum sit, quod ex nostris plerique adnotarunt, præsertim Io. Andr. in c. sacris de *his que vi. Host. in sum. tit. de sent. excom. §. necesse. vers. sed nunquid.* Collect. c. 1. de *constit.* asserentes, frequentia actuum esse quendam contemptum, adeo quidem, vt si quis frequenter legem transgrediatur, vt facere dicatur ex contemptu. Etenim hæc opinio est manifeste contraria S. Thomæ, qui in d. *art. 9.* in hunc modum loquitur: Quando autem propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam, vel irã, quis inducitur ad aliquid faciendum contra statuta legis, nõn peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa, etiã si frequenter ex eadem causa, vel alia simili, peccatum iteret. Hæc Tho. expressim scribens, non esse contemptum, frequentem legis transgressiõnem. idem notat Hadr. in d. *quodlib. 2. art. 2.* Alfonso à Castro in d. *document. 6.* Caiet. in d. *art. 9. super Thom.* quorũ opinio manifeste probatur, si consideremus veram rationem contemptus quæ tunc constituitur, cū quis ex ea causa transgreditur legem, quod nolit ei subijci. Etenim si primus actus ex hac causa fiat, contemptus sit. At si actus etiam centesimus non ex hac causa, sed ex alia factus fuerit, contemptu caret, ipsa tamen frequentia actus disponit ad contemptum, & ideo maxime periculosa est, quia dispositiue inducit ad contemptum, vt inquit idem Tho. in d. *art. 9.* auctoritate *Pron. cap. 18.* Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. sic sane accipiendum est, quod D. August. scripsit, c. 8. de *vera & falsa penit.* à Gratiano relatus in c. *num orarium. 22. dist. vers. criminis.* dum inquit: Nullum est peccatum est adeo veniale, quod non fiat criminale, dū placet. Inde etenim notat Panor. in c. nam concupiscentiam. ad fin. de *const.* & plerique alij, peccatum veniale per consuetudinem & frequentiam esse mortale. Nam si rem ipsam exactissime perpendamus, constat, actum quintum vel sextum esse eiusdem speciei in genere mortali, cum actu quarto & tertio, quia sola iteratio actus nõ variat speciem, si nihil aliud ex parte operantis addatur, quod faciat ex veniali mortale. ergo si primus actus nõ erat peccatum mortale, nec decimus actus erit peccatum mortale; nisi aliud ultra iterationem addatur. & tamen August. sententia, & communis adnotatio huc sensum habet, vt ipsa peccati venialis frequentia viã aperiat latissimã mortali peccato propter contemptum aut quid simile, quod accidere potest ex frequentia actus, sicut gl. explicat in d. §. *criminis.* Syluest. in *verb. peccatum. q. 4.* Almain in *moral. c. 9. de circumst. temporis.* sic & idem August. ait: Ebrietas, si assidua fuerit inter mortalia deputatur. fieri siquidem non potest, quin is, qui frequenter inebriatur, aliquando sciens & volens inebrietur. quod cū euenerit, sine dubio erit peccatum mortale: quia cum sepe expertus fuerit virtutem vini, & eius propria fragilitatem, noluit à vino abstinere, vt notat S. Thom. 2. 2. q. 50. art. 2. ad 1. atque ita diui Augustini dicta præter alios interpretatur Hadr. in d. *quodlib. 6. art. 2.* & Alfonso à Castro in d. *documento.* maxime quia & prior August. auctoritas alium sensum habere potest ex Thoma in 2. *sent. dist. 4. q. 1.* Hadriano, & aliis, tamen Gratianus scripsit in d. c. *num orarium. ver. alias ea demũ.* veniale peccatum per consuetudinem mortale fieri. quod est intelligendũ, vt modo explicuimus.

Quartò, hinc deducitur falsam esse Archidiaconi opinionem, qui in c. *excellensimus. 1. q. 3.* voluit, communicantẽ cum excommunicato sine causa, cõmunicare ex contemptu: est etenim id falsum, vel intelligendum, vbi quis nulla ex causa cõmunicat cum excommunicato, quam quod nolit subijci legi prohibenti cõmunionem cum excommunicato. nam tunc ex contemptu contingit ea cõmunicatio.

Quarta conclusio: Excommunicatio iniuste lata adeo quidem timenda est, vt vim omnino obtineat, quoad penas iure statutas aduersus nõn seruantes ipsius excommunicationis censuram. Hæc conclusio probatur, quia hæc excommunicatio ante absolutionem omnino ligat. text. in d. c. *per tuas. vers. in aliis sent. excom.* idem deducitur ex c. *venerabilis. §. porro. & §. sed si ex causa.* supra isto sit. & c. *soler.* in quibus absolutio simplex distinguitur ab absolutione ad cautelam, ex eo quod absolutio simplex vere necessaria est, & petitur,



ac datur ab ea excommunicatione, quam iniustam esse contendit excommunicatus. datur enim simpliciter absolutio iuxta formam iuris, quia ea necessaria tunc erit, cum constitit sententiam excommunicationis iniustam esse, absolutio vero ad cautelam tunc datur, cum excommunicatus allegat, excommunicationem fuisse nullam, & hæc quandoque conceditur, non quia necessaria sit, sed ut tute se immilceat diuinis & aliis actibus ipse excommunicatus, qui contendit, se non fuisse excommunicatū. dicitur autē hæc absolutio ad cautelā, quia forsā excommunicatio valuit, & absolutio necessaria est, forsā nulla fuit: & tūc necessaria non erat. hoc ipsum colligitur ex c. d. per tuas. vers. nos igitur. & ibi gloss. & in d. cap. soler. vbi Ioan. Monach. & Doct. text. opt. in c. veniens. in secund. de test. c. apostolica. de except. vbi eleganter Abb. ad fin. idem Abb. in c. capitulum. de rescript. hinc sane fit, ut absolutio ad cautelam ideo eam appellatiōem habuerit, & inducta fuerit, quod qui allegat excommunicationem fuisse nullam, non fatetur se esse excommunicatū, & tamen, qui forsā vere est excommunicatus, ad cautelā absolutur, ne aliis ita excommunicatus impedimento sit, vel sibi noceat excommunicato. is vero, qui allegat excommunicationem esse iniustam, fatetur se excommunicatū, licet iniusta sententia, atque ideo datur ei simplex absolutio, quemadmodum Panor. explicat in d. c. apostolica. de except. post Ioan. Andr. & alios in d. c. soler. sic denique gloss. vlt. in c. capitulum. quam Panor. & Bar. ibi commendatū, asserit, appellatiōem absolutiōis contineri absolutiōem simplicem, non autem eam, quæ ad cautelā datur: quasi prior proprie sit, & absolute absolutio, posterior non sit simpliciter absolutio, sed secundum quid, id est, in euentum quod contigerit, excommunicationem fuisse validam. idem adnotant Panor. in d. c. Apostolica. in fin. Franc. in d. c. soler. col. 2. Dec. in c. ad presentiam. de appell. qui & præcitata gloss. eam extolles meminerit. Hæc tandem adduximus, ut ostenderemus, esse necessariam absolutiōem ab excommunicatione iniusta, alioqui donec absolutio detur, interim ligatus est, qui iniuste fuit excommunicatus: ea etenim est vniuersalis Ecclesiæ institutio, ut velit, excommunicatū à suo iudice, iniuste tamen, id est, absque eius culpa, interim ligatum esse, ac teneri ante absolutiōem seruari canones de excommunicatis statutos, sub penis ab eisdem indictis, quod secus est, vbi excommunicatio est nulla, nec enim requiritur absolutio ab eadem, quia excommunicatum minime ligauerit. gloss. communiter recepta, in cap. 11. quest. 3. & in cap. soler. in verb. in officio. sup. eod. Panor. in d. c. per tuas. & in c. cum conuincat. de offic. deleg. Thom. in 4. sem. dist. 18. q. 2. art. 1. ad q. 4. & ibi Palud. q. 1. col. 3. Floren. 3. part. tit. 24. cap. 73. omnium diligentissime Martinus Azpilcueta in c. cum conuincat. de rescript. remedi. 3. text. opt. in c. cui est illata. 11. quest. 3. qui intelligendus est de iniusta excommunicatione, ea iniustitia, quæ nullam efficiat sententiam.

His equidem probatur, iniuste excommunicatum, si ante absolutiōem se diuinis immiscuerit, aliquidve fecerit iure excommunicatis vetitum, irregularē esse, & eis subditum penis, quæ statuta fuerint aduersus excommunicatos non seruantes ipsius excommunicationis rigore. quæ opinionem tenent gloss. in c. postulasti. in ver. spolandi. & ibi Panor. & Ranen. de cleric. excom. ministr. idem Abb. in d. c. per tuas. 1. nota. Syluest. in verb. correctio. §. 9. & ver. excommunic. 2. 1. notab. casu 8. & 4. notab. dubio 8. S. Thom. & ibidem alij in 4. sem. dist. 18. q. 2. art. 1. ad 4. quest. præsertim Palud. quest. 1. ad 3. qui expressim responderunt, in hoc differre excommunicationem nullā ab excommunicatione iniustā, quod qui non seruat nec obtemperat excommunicationi iniustæ ante absolutiōem penis iuris afficitur, non sic qui excommunicationē nullam minime obserauerit, quorum vltimum patet in c. non debet. 11. q. 3. & in c. ad presentiam. de appell. vbi Imol. Prap. & Dec. ad hoc illam decisionem adnotarunt. Ex quibus ipse opinor, hanc quartam conclusiōem veram esse, etiam in animæ iudicio, quoad penas, quæ alioqui nullam exigunt exteriorē executionem, quæ ut alibi adnotauimus, eodem modo obligant in foro conscientie, quo & in iudiciali. Nam & ipsi Theologi paulo ante citati, dum opiniōem istā tractauerunt, in animæ iudicio, & quoad forum interius etiam de ea disputarunt. Nec oberit, si quisquam dixerit, grauissimum esse, & iniquum, quod quis absque culpa iniuste puniatur, & priuetur his, quibus priuat excommunicatio: maxime, quia hæc est spiritualis pœna, qua nemo est

absque culpa plectendus: sicut & nos tradidimus 2. lib. variat. resolut. c. 8. Nam, ut inquit Thom. in d. 18. q. 2. ad 4. quest. potest Ecclesiā iniuste priuare quemquam his, quæ ad salutem de gratiam disponit: atque ideo iniuste excommunicatione effectum habent. sentit sane Thomas, quod licet iniuste non possit quis priuari gratia Dei, nec communiōe charitatis, nec denique suffragiis Catholicæ Ecclesiæ, etiam quoad intentionem: tamen ex causa poterit innocens quis, & absque culpa priuari auditiōe & celebratione diuinorum officiorum, & denique sacramentorum perceptione: ita quidem in ecclesiastico interdico fit. Nam id ex causa fertur contra innocentes, qui priuantur perceptione sacramentorum, & auditiōe ac celebratione diuinorum officiorum quod notauimus in d. c. 8. num. 10. causa autem, quæ iustificat hanc punitiōem iniuste excommunicatorū, procedit vel ab aliqua eorum culpa in hoc commissa, quod non curant diligenter absolutiōem impetrare, vel quia maxime interit totius vniuersalis Ecclesiæ, ad cuiusque auctoritatem pertinet, quod excommunicationis celsura, quæ gladius est Ecclesiæ, admodum timeatur, ne alioqui Ecclesiastica disciplina paulatim sit contemptra, dum iniuste excommunicationibus à proprio iudice latis ante obtentam absolutiōem qui ipsam renuit, obtemperare. Igitur excommunicatus iniuste obligatur etiam in conscientia foro a diuinis sibi indictis abstinere, & alios vitare. quam opinionem fatetur esse communem Hadrian. in d. quodlib. 6. ar. 1. conuict. licet contrarium defendere conetur. Quibus adde, quæ nobis tradentur inferius, in §. 11. de excom. lata ex falsa causa.

Illud tamen est admonendum, quod si iniuste excommunicatus absque scandalo celebrauerit, aut se diuinis diuinis officia celebrauerit, præsertim occulte, non peccabit, nec erit in animæ iudicio penis canonicis affectus, secundum Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. Hadrian. in d. conclus. 1. item Hadrian. in 4. sem. q. 4. de confessione. vers. si pietas ad fin. Ioan. Driedo. de libert. Christ. pag. 235. & hoc equidem ex mente legis, & canonis, quæ ratione esset fortasse idem dicendum in foro exteriori, vbi scandali circūstantia procul ab eo actu abellet.

Ceterum vbi sententia excommunicationis est nulla ipso iure, etiam si quis cum scandalo celebrauerit, aut se diuinis immiscuerit, non erit irregularis: quia nunquam fuit excommunicatus: quod ex præmissis probatur iatis aperte, atque ideo irregularitatis pœna minime obstat, nec iure locum habet, cum ea in hac specie non ratione scandali, sed excommunicationis iniusta fuerit. Non distitor, peccare grauius eum, qui cum scandalo corā ipsis, qui excommunicationem nullam fuisse profus ignorant, celebrauerit, aut diuinis immiscuerit, quemadmodū responderunt Palud. in 4. sem. dist. 18. q. 1. col. 3. & ibi Gabriel q. 2. col. 11. & tamen ex his auctoribus ipse quidem percipio, in hac specie mortale crimen committi ratione solius scandali: non tamen iuris pœnas locum obtinere. Plures autem casus, in quibus excommunicatio est nulla ipso iure, ponit gloss. in c. presentiam. præ isto tit. quam commendarunt ad hoc Præpos. & Dec. in c. ad presentiam. Franc. in c. 1. de appell. idem Franc. in c. 2. §. 11. de sim. conper. in 6. similis gl. in c. reprobabilis. de appell. sed & gl. celebrans in c. soler. in verb. in officio. de sent. excom. lib. lib. sentit excommunicatum post appellatiōem illegitimam, & nullam, non esse irregularem, si ante absolutiōem confisus, & existimans eius appellatiōem validam fuisse, celebrauerit bona fide, licet postea pronunciatū fuerit, appellatiōem nullā esse, nec suspendisse iurisdictionem iudicis, à quo appellatum exhibitit. Idem notat Franc. & Philip. Probis ibi, ac Martinus Azpilcueta in d. c. cum conuincat. remedi. 3. col. 2.

Hinc decimoquarto ad intellectum vndecimi effectus constat, collatiōem beneficij factam excommunicato, etiam iniusta excommunicatione, nullam esse iure, quod statim deducitur ab his, quæ in proxima quest. tradidimus.

Decimoquinto, etiā verū sit, excommunicationē hanc effectum producere, quod efficiat nullam collatiōem beneficij factam excommunicato: dispensatiō tamē Episcopi concessa est, ut is post absolutiōem ab excommunicatione permittat beneficiū illud obtineri ab eo, cui collatum fuit, hanc conclusiōem gloss. tenet in d. cap. postulat. in ver. dispensati. idem notat inibi Pan. & communiter Dd. modo absolutio ab excommunicatione obtineatur ab eo, qui iure possit illam cōcedere, etiam si absolutio referuata sit Papa. Quod ex eisdem colligitur, præsertim Cardin. qui indistincte communem sequitur licet. Henr. & quidem ali

inquitorem 2. part. qu. 47. poterit praterire per tempus ali-
quod perseverans in excommunicatione, puniri etiam ante
annum poena temporalis, secundum Anan. & Felin. in c. postu-
latus de homicid. sunt & in hoc Regno Regia leges & sacula-
res, quae iustissime puniunt perseverantes in excommunica-
tione, nempe l. 1. tit. 5. & l. 9. tit. ult. lib. 3. ord. quarum & nos obiter
memimus in epitome ad 4. decret. 2. par. c. 6. §. 8. n. 17.

Quinto est animaduertendum, quod suspectus de haeresi, &
ea ex causa vocatus ab inquisitoribus, iudicium subterfu-
gens, in excommunicatione in eum ob eam contumaciam
lata, ad annum usque persistens, ut de haeresi convictus, haereticus
est pronuntiandus. text. elegans in c. cum contumacia. &
ibi gl. de heret. in 6. ad idem in simili text. in c. excommunicamus.
§. qui autem de haere. & in Auth. Gaz. ar. c. eod. tit. Regial. 82. tit. 9. par.
1. quae quidem decisio nemini dura videri debet, etiam si ex
l. vltim. Cod. de probat. in criminibus sententia ferri debeat ex
certissimis probationibus non exconicitur. Nam huius
criminis in hac specie est vrgitissima praesumptio, quae iuris
adminiculo indubitatum iudicium facit, & ita ex ea l. vlt. suffi-
ciens ad condemnationem ordinariam deducitur antequam haec
probatio ex tribus. Primo quidem ex ipsa suspitione haereti-
cis, cuius causa ab inquisitoribus ad iudicium vocatur. Se-
cundo ex ipsa fuga, & contumacia. c. nuda de praesumpt. c. decer-
nimus 3. q. 9. c. Christianus 11. q. 1. Tertio ex animo rebelli per-
sistendi per annum in excommunicatione, quae quidem col-
liguntur ex glossa & d. d. c. contumacia. Gofalo de Villadiego
q. 12. de haeresi. quo fit hanc praesumptionem a iure conferri vrgi-
tissimam & sufficientem ad poenam ordinariam, sicut &
defectus indicatae purgationis a Pontificibus sufficiens
praesumptio iudicatur quandoque ad ordinariam condem-
nationem, iuxta text. in c. inter sollicitudines de purg. Canon. vbi Hosti
& alij, Panor. in c. accedens de accusat. sic denique est intelli-
genda decisio text. in d. cum contumacia. ad cuius vberiorum
interpretationem liber hoc in loco breuiter aliquot expo-
nere, quae amplius eius sensum explicent.

Illud etenim constat, non aliter huic decisioni locum
fore, quam si contumax suspectus de haeresi, citatus fuerit
expressim, ut ad iudicium accedat super rebus fidei, vel su-
per crimine haeresis, cuius accusatur, aut suspectus est, res-
pondurus glossa communiter recepta in d. cum contumacia. &
satis erit quod in genere haeresis crimen hoc in edicto ex-
ponatur, nec requiritur in specie haeresim significari, quod
notant optime Franciscus in d. cum contumacia. Henr. in d. c. excommu-
nicans. in princ. de heret. & Repertorium inquisitorum in verb.
contumacia. idem constat ex instructione inquisitorum Gra-
natae typis excusa. c. 19.

Deinde apparet, non aliter nocere huic absenti hanc vrgi-
tissimam praesumptionem, quam si is vere contumax fue-
rit, & ideo si vere contumax non est, maxime habet locum
praefata decisio, ut praeter alios notat Gofalus a Villadiego
in tract. de heret. q. 12. qua ratione si absens ius habuerit im-
pedimentum, quo legitime impeditus non potuit eo tempore
ad iudicium accedere super haeresis suspitione respondurus,
non est vel haereticus condemnandus. iustas vero absentiae
causas & legitima impedimenta poterit ipse allegare,
& probare l. 2. ff. si quis cautio. Item procurator eius nomine
admittendus est ad allegandas iustas absentiae causas, & legiti-
ma impedimenta, quod in hac specie Soc. notat in c. veniens
de accusat. nu. 39. cuius opinio conitit ex alia, quae dicitur, etiam
in causa criminali admittendum esse procuratorem ad alle-
gandas iustas absentiae causas & legitima impedimenta facti,
vel iuris, modo non concernat allegationes istae criminis ip-
sum principale. text. sic intelligendus in d. c. veniens. vbi Panor.
& alij, Felinus in c. meminimus. 3. col. eod. tit. d. pen. §. ad crimen, vbi
Bartol. Angel. & Imol. ff. de publ. iudi. l. seruum. §. publice. ff. de pro-
cur. praesertim hoc explicat Bartol. in d. §. ad crimen col. 6. Imol.
ibi. nu. 26. Aret. in dict. c. veniens. n. 27. & seq. Soc. in ibi. nu. 47. & 51.
Regial. 12. tit. 9. par. 3. imo etiam sine mandato admittendus
est quilibet ad alleganda iusta facti impedimenta, quae nec-
essaria sunt, nempe captiuitate, & similes huic causas, se-
cundum Bartol. col. 5. & communem in d. §. ad crimen. quod si ab-
sentiae causa non sint necessariae, sed probabiles, scilicet,
locus non tutus, inimicitiae, non esse quempiam admitten-
dum ad earum allegationem sine mandato, quia forsitan ipse ab-
sens nolet eas causas allegari: notant Bartol. col. 5. & Angel.
in d. §. ad crimen. Anto. & Par. or. col. pen. in d. c. veniens. quae qui-
dem opinio non admodum placet. Etenim si causa proba-
biles sunt, satis praesumendum est, absentem eas allegatu-

rum fuisse, & eas allegari velle, vnde contra Bartol. tenuerunt
Imola in d. §. ad crimen. num. 25. Anan. Socin. num. 47. &
Aret. nu. 48. in d. c. veniens. Nec oberit quod Inno. communiter
receptus in d. c. veniens, adnotasse videtur, non esse quemquam
absque mandato admittendum ad allegandas voluntarias
excusationes absentis ex causa iuris. ea siquidem opinio non
agit de excusationibus in facto contentibus, sed de in-
allegationibus, quae ex iure deducuntur ad hoc, ut non te-
neatur absens etiam non impeditus respondere.

Sed & in causa haeresis, quam modo expendimus, contumax
excommunicatus non est ut haereticus damnandus ante
annum, nec talis censendus intra tempus id. anno vo-
ro finito iudicandus est haereticus, & ab eo tempore, anni
finito, bonorum publicatio a iure facta, & alia haereticorum
poena. vim & effectum obtinet, secundum Hosti. Ana. & Doct.
in d. c. excommunicamus. §. qui autem. Archid. Ioan. & Doct.
in d. c. cum contumacia. vbi est text. de hoc, & in d. athen. Got. ar.
& apparet ex instructione Granatae impressa, c. 19. Directio
Inquisitorum, 2. part. q. 47. Aufrerio, & Capella Thololana 36.
ex quibus conitit, sententiam in hoc casu ferendam esse
deklaratoriam haeresis commissae a contumace, Tamest
Cald. conf. 5. tit. de her. velit & conetur probare non esse hunc
contumacem in specie in c. cum contumacia, haereticum, nec ve-
talem damnandum, sed ut suspectum haeresis.

Quod si etiam anno elapso ante condemnationem con-
tumax compareat in iudicio, velitque propriam innocentiam
ostendere, admittendus est, etiam ut effugiat bonorum
confiscationem, quod expressim notat Andr. de Isernia in
d. c. athen. Got. ar. n. 31. post ipsam vero condemnationem etiam
captus, si velit vere poenitentem Ecclesiae reconciliari, non est
tradendus curiae seculari, imo admittendus est ad Ecclesiae
gremium; imo & tunc si offenderit propter legitimam im-
pedimenta se non fuisse contumacem, admitti debet eius
defensio, ex integro quidem ad effugiendam omnem poe-
nam, si eius innocentia constiterit, quia deficit ratio in
contumacia. ex eo, quod contumax non fuerit, sed est de
impedimentis non docuerit, & tamen velit probare, &
probauerit propriam innocentiam, sententia reuocabitur,
quo ad poenas corporis, & infamiae, licet non quo ad
bonorum confiscationem; sibi penult. ff. de requir. rei. l. 1. C.
eod. tit. & haec quidem procedunt, licet captus fuerit ab in-
quisitoribus. Nam si se ipsum sponte carceri exhibuerit,
multo facilius sunt admittenda ut in hoc vltimo casu de-
finitum extat decreto quodam generalium inquisitorum,
cuius meminit Iacob. Septimacensis in suis Catholicis in-
stitutionibus c. 2. n. 6.

Haec sane de aliquot effectibus excommunicationis ma-
ioris, nam ex professio plures missos facio, quippe qui iam
passim eos a iuris diuini & humani professoribus tradi, &
existimauerim hos satis probare: quanta sit huius cen-
surae vis quo ad interiori & exteriori hominis vere Chri-
stiani afflictionem. ut hinc Catholicus perpendat, quanta
cum cura ecclesiae Praelatis sit omnino obtemperandum,
ne vere ethnicus, & publicanus.

§. OCTAVVS.
SYMMARIA.

- 1 Excommunicatus minori excommunicatione, etiam si celebret, non potest
regularis.
- 1 Excommunicatus minori excommunicatione peccat celebrando a sacra-
mentis, & conferendo sacramenta.
- 3 Excommunicatus minori excommunicatione, non potest eligi ad ecclesiam
cum beneficium.
- 4 Existens in mortali peccato, eligi potest ad ecclesiasticum beneficium.
- 5 Excommunicatio in dubio, de maiori est intelligenda.
- 6 Anathema quid sit, & huius dictiois deductio.
- 7 Excommunicatus, quae ratione anathema dicatur.
- 8 Intellectus, cum non ab homine de iure, & totum, quae inibi notat Panor.
& quid signum 0. T. & II. Graec significet.

Haec sane de maioris excommunicationis effectibus, at-
que ideo de minori excommunicatione nunc tantisper
agendum erit, cuius definitio expolimus in prim. huius operis
nu. 4. ex c. si celebrat. de Cler. excomm. mi. quo statutum est mino-
rem excommunicationem tantum priuare sacramentorum
perceptionem. Quo fit, ut excommunicatus minori ex-
communicatione, etiam si celebret missarum solennium,
minime sit irregularis, quod in d. c. si celebrat. satis definitum
extat. Idem conitit in l. vlt. 9. part. 1. & l. penult. eod. tit. Ra-
tio autem huius decisionis est, quia excommunicatus
minor

raretur. qua ratione ad intellectionem d. c. penult. vtuntur Ancha. in c. statum sup. ist. tit. 2. col. & Felin. in c. dilecta. de excepti. nu. 3. idē Felin. d. c. penult. huius tit. & Anania. in c. unico. de sagitt. ar. col. pen. His est etiam adiciendum, quam rara sit minoris excommunicationis censura, quamq; sit maioris excommunicationis frequens, siue Canones, siue ecclesiasticos iudices spectes, quibus tandem opinor cautissime statutum esse à Romanis Pontificibus, quod excommunicationis sententia sit in dubio de maiori intelligenda.

Adhuc prenotatis obstat responsio Rom. Pontifi. in ca. 11 de excepti. lib. qua probat, appellatione excommunicationis non esse maiorem intelligendam, siquidē nō est satis ad repellendū actōre à iudicio, quod illi obiciatur excommunicatio simpliciter: sed requiritur obiectio expressa maioris excommunicationis. ergo consequitur, non intelligi maiorem excommunicationē sub hac dictione, excommunicatio, simpliciter prolata. idcirco Panorm. in c. 2. de restit. spolia. in eum sensum accipit text. in c. 1. vt exiitimer, satis esse ad vim & valorem exceptionis opponi actōri excommunicationē simplicē, licet quo ad probationē huius exceptionis sit omnino necessarium, quod testes non simpliciter, sed de maiori excommunicatione expressim respondeant. Nam licet exceptionis obiectio generalis sufficiat, probatio tamen debet necessario conuincere nec dubia quippiā operatur. hanc Panorm. interpretationē sequitur Felin. in d. c. penult. & in c. final. col. 3. de excepti. & tamen non plane hac responsio placet. Nā si excommunicatio simpliciter de maiori est intelligenda, cur in testimoniis eandem significationem non habeat, praesertim quia testes fere ignorant quid sit minor excommunicatio: cum ea in vsum recepta non ita, vt maior, sit. deinde Spec. in tit. de exception. §. viso. num. 21. expressim tenet auctoritate text. in d. cap. 1. quod non sufficiat proponi excommunicationem in genere, sed sit necessarium in specie concipi exceptionem de maiori excommunicatione, quem in sensum eandem decisionem in c. 1. accepit eam asseuerans singularem esse Anto. Burg. in c. 1. pen. col. 3. de empt. & vend. vnde fortassis speciale est, quod in dicit. ca. 1. decum extat, ne excipiens vagetur, & cum periculo honoris alterius illudat actōri, iudici, & iudicio.

Praeter excommunicationem maiorem & minorem fit frequentissime in canonicis mentio anathematis in eundem fere sensum quo maior excommunicatio adsumitur. oportet ergo hoc in loco explicare quid sit anathema, & receptum est, anathema quoad vinculum non differre à maiori excommunicatione, quamuis maxime differat quo ad solennitatem. text. celebris in c. debent. 11. q. 3. vbi ponitur à Gratiano anathematis solennitas, his equidem verbis: debent duodecim Sacerdotes Episcopum circumstare, & lucernas ardentē in manibus tenere, quas in conclusione anathematis, vel excomm. proicere debent in terram, & conculcare pedibus. deinde epistola per parochias mittatur continens excommunicatorum nomina, & causas excommunicationis. Hæc Gratianus. qua ratione gloss. communiter recepta in c. cum ab ecclē. Priuatis, de offic. ordi. a. herit. ius & potestatem anathematizandi solis episcopis cōpetere. Est enim anathema solennis, vt arbitror, maledictio, quæ fit per execrationes publicas aduersus excommunicatū. Quo fit, vt anathema proprie excommunicationem maiorem præmittat. tametsi ex c. Engelruid. m. 3. q. 4. consistat anathema ab excommunicatione maiori non differre, licet differat à minori, & ideo frequentissime anathema pro maiori excommunicatione accipitur.

Huius dictionis significatio vere prætermittenda nō est, vt inde lector percipiat, qua ex causa ab ecclesiasticorum Canonum auctoribus in hunc sensum adsumatur, quia excommunicationem maiorem, & solennē significet. Quidam enim existimarunt, esse anathema dictionem Hebræam, quæ summam detestationē significet. ita inquit Hieronymus c. 1. Epistola ad Galatas, porro anathema verbū proprie Iudæorum est & positum tam in Iesu Naue, quam in numeris, quando omnia quæ erant in Hierico, & Madianitarū, detestationi, & anathemati habēnda dominus imperauit. Hæc Hieronymus. cuius & Andr. Alciat. meminit in c. cū non ab homine. de iudic. nu. 106. asseuerans, dictionem istā nō Græcā sed Hebræam esse. Ego vero multifaciendam esse censuro diuini Hieronymi auctoritatē, praesertim in dictionibus Hebræis interpretandis, & nihilominus opinor, Hieronymū existimale, sermonē itum, & loquēdi modū, quæ Sc. tua-

ginta interpretes, & alii ad dictionē, anathema, transfulerunt, proprie Iudæorū esse. quod ipsa dicitio anathema Hebræa sit, non dixit palā Hieronymus. qui alioqui sacre scripturæ nomina Hebræa interpretatus, opere quodā peculiarī, nullā huius dictionis mentionē fecerit, sed eam Græcā esse testis est & auctor Diuus Augustinus. super numeros c. 41. tom. suorum operū 40. cuius verba ab ipso c. 40. hic exponi videntur. Hic videndum est, quomodo dicatur anathemabo, quod vouetur, & tamen pro maledictio ponitur: sicut & de illo populo dicitur: vnde illud est. siquid vobis euangelic. auerit. pro quoquam quod accepistis, anathema sit. Hinc vulgo dictum est, vt deuotatio dicatur. Nam deuotare se quemquam nemo forte dicit, nisi maledicens. & statim c. 41. super text. & anathemauit eum, & ciuitatē eius, & vocatum est nomen loci illius anathema. Hinc dictum est anathema, quod detestabile aliquid, & abominabile videatur. vt enim nihil inde videret in suos vsus auferret, sed totum in penā luendā voueret, hoc erat anathemare, quod vulgo dicitur deuotare. Origo autem huius verbi est in Græca lingua & reddita sursum ponebatur in tēplis. vnde rō. vbi videtur, hoc est sursum ponere, vt figendo. vel suspendendo. August. Idē in epistola 178. Cōtemnatur, inquit, idem Apostolus Paulus, & in nouissimis partibus ad Corinthios epistola, vbi plebem arguens simul Græco, & Syro vtitur verbo, si quis, inquit, non amat dominum, sit anathema. Maranatha. anathema Græco sermone dixit, condemnatur. Maranatha, donec dominus redeat. hactenus ipse Hieronymus prioris Epistola ad Corinth. 16. & in epistola ad Marcellam, 3. Maranatha interpretatur, dominus venit. & dicit dictionem esse magis Syram quam Hebræam. hinc intelliges text. in cap. Galatas 2. 3. quæst. 4. qui his duabus dictionibus simul vtitur. vbi gloss. & Felin. in c. Rodulphus. num. 33. de rescript. has expositiones tradidere. est vero text. præcitatus Syluērii Papæ primū in Epistola ad Amatorē Episcopum. qua ratione titulus illius non est tribuendus Syluestro, & legendum est Belsarius, vt admonet Felin. licet de Syluestro Papa loquatur. tradit Platina in Syluērio primo, anathema autem exponitur, & idem Hieronymus occasionem, in quæst. 9. ad Aliphan eod. tomo. 3. his accedit diuus Athanasius cap. 9. ad Rom. anathema, inquit, est sane seunctio quadam & alienatio. anathema præterea Græce, Latine potest dici oblatio & sacrificium. quæ admodum quæ Deo offeruntur, & dedicantur, attrahere audeat nemo, sic eum qui anathema sit, ratione quadā nullus conueniet, aut cum eo versabitur. nam sacris oblationibus honoris gratia, tanquam Deo dicatis appropinquare nulli hominum audebunt: ab hoc vero, qui maledictioni fuerit obnoxius non secus ac à prophano, & ab ipsa diuinitate alieno secedunt omnes. hæc Athanasius. diuus autem Chrysolomus in homilia 16. in epistolam ad Roma. ita inquit, quem admodum anathema, donumque id quod Deo oblatum dedicatur, nemo est qui tenere manibus contingere audeat. nec ad id propius accedere, sic & eum, qui ab Ecclesia separatur ab omnibus abscindens, ac tanquam lossissimē abducens hoc nomine, à contrario scilicet, appellat, magno cum terrore omnibus interminatus ab eo vt separentur, & pedē referat. anathemati enim honoris gratia appropinquare nemo audebat, ab eo autem, qui ab Ecclesia abscissus erat, ex opposito omnes sententia separabatur. quapropter separatio quidē tum hæc, tum illa ex æquo, à vulgo alienatio erat. Separationis vero modus vnus, sed ille contrarius, ab illo enim abstinēbant tanquam Deo dicato, ab hoc autem decedebant tanquam à Deo alienato, & ab Ecclesia abscisso. hæc Chrysolomus. sic & S. Thomas, & Caietan. in d. c. 19. ad Roman. scribunt, anathema esse omne separatum à cōmuni vsu, esseq; dictionē Græcam sentere, quibus & illud conuenit quod anathemata dicuntur dona quæ dicata diu suspenduntur in parietibus, & cō vniuersi templi, quæta videntur quotidie iuxta monumenta diuorum. statua. scilicet. argentea, equi aurei, pœcula gemmata, dicta quidem ita ab anathemato, hoc est, à seponendo, siue suspendendo. quemadmodum ex Augustino & Chrysolomo deducitur, & adnotauit Erasmus super Lucam c. 21. etenim in eo. c. dum Latine scriptum est, de templo, quod bonis lapidibus, & donis ornatum esset, pro donis, Græce legitur, anathemata: qua ratione ornamenta Græce dicuntur anathemata: nā & Homerus lib. 1. Odys. cantum, & saltationem appellat epularum & conuiuii ornamenta, sic inquam anathemata: vbi Didymus eius interpret hunc in modum locum illum exponit: anathemata, si dicitur

Denique constat in huius dictionis etymologia errasse Panormit. post alios in d. c. cum non ab homine. cum nu. 2. 3. is exilimat anathema dici ab *an*, quod est iurium, & *tha*, quod est figura quaedam ad formam literæ, quæ olim imprimetur in frontibus damnatorum, quasi anathema, id est, superna maledictio. etenim hæc derivatio profus est inconcinna, & à vero dictionis etymo satis aliena, tamen ex auctoribus confitet, hanc Græcâ literam *θ*, quæ *θeta*, dicitur, literisque Latinis redditur *th*. & *theta*, in iudicialibus sententiis signum fuisse damnationis. nam & Isidorus in primo etymologiarum lib. scribit, ita militari more solere fieri, ut *ca*, *sa*, *salui*, & significarentur, fortassis ea ratione quod *θ*, sit prima litera dictionis *θανατος*, quæ Græce mortem significat. Aconius etiam Padianus, ut Erasmus in proverbio *θ*, præfigere, refert, adnotavit, olim in iudiciis, sortes, quæ mittebantur in urnam triplicem notâ habere solere, ac *θ*, damnationis fuisse symbolum, & absolutiois, & ampliatiois, id est, quoties significabatur sibi parû adhuc lique- re, ac denu causam agi oportere, verum apud Aconium in 3. contra Verrem actione legitimus, A, notam esse absolutio- nis, C, condemnationis, N, L, ampliatiois, quasi non lique- ret. Idem fere apud eundem Aconium in prima contra Verrem actione. fuisse tamen olim *θ*, *theta*, signum condemnationis manifeste constat apud Persium Satyra 4

Et potis es nigrum vitio præfigere theta.

Martialis lib. 7. ad Caltricum.

Noti mortiferum quaestoris, Castrice, signum?

Est opera pretium discere theta novum.

Aufonius in pedagogo liguritore.

Tuumque nomen theta scilicet signet.

Quo in loco alii non scilicet, sed *seculis*, legendum esse putant, atque hæc de anathemate dicta sint, ex quibus intelligenda sunt quæ Syluest. in verb. excommunicatio, 1. q. vi. scribit, tradens anathema in effectum non differre ab excommunicatione maiori: & probat etymologiam illam, quam ex Panor. & aliis modo adducebamus.

S. N. O. N. V. S.

De excommunicatione & eius forma.

S Y M M A R I A.

- 1 Excommunicationis sententia ferenda non est, nisi pro gravi culpa, quæ mortalis sit, & ex hoc multa inferuntur.
- 2 Intellectus pernit. de sent. excom.
- 3 Contumacia in re leui contingens, an sit digna excommunicatione? & inibi late traditur, quando inobedientia sit speciale peccatum.
- 4 Monitio necessaria est ad excommunicationem infligendam, & ibi an debeat esse personalis.
- 5 Monitio ad excommunicationem proferendam debet esse trina.
- 6 Monitio trina, an necessaria sit ad excommunicationem in notoriis.
- 7 Excommunicatio lata absque trina monitione non est nulla, sed iniusta.
- 8 Excommunicatio lata à iudice delegato, cui in mandato traditus est trina monitionis ordo, an sit nulla?

Quanto grauior & acerbior est Christi fidelibus excommunicationis censure, maioraque interius & exterius inter notumenta: tanto maturius cautiore iudicio Ecclesiarû Prælati, eorûque Vicarii ea vti debent prius, enim quæ aliquis excommunicetur, discutenda, & examinanda est criminis qualitas, & ipsius, qui ab Ecclesia segregandus est, contumacia, quasi is tantum excommunicandus sit, qui noluerit penitere, nec ad rectum tramitè monitus redire, ut sic confusus, & erubescens respiciat. Nâ & si Prælati excommunicandi potestatem habeant, nõ debent hanc acerbissimam punitionem temere & sine graui causa exercere, siquidem nullus debet ea plecti pœna, nisi pro crimine mortali, & qui alioqui corrigi non valet. cap. nemo. & cap. nullus. 11. quest. 3. optime idem admonet Leo Papa huius nominis primus in epistola 67. ad Episcopos per Viennensem prouinciam constitutos. sic enim inquit, nulli Christianorum facile communitio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium sacerdotis, quod in magni reatus vltionem inuitus, & dolens quodammodo debet esse animus vindicantis. hæc & alia ad hanc rem inibi Leo summus Ecclesie, idemque sanctissimus pastor. Gratianus autem tribuit auctoritatem illius cap. nemo. Concilio Meldensi, ut arbitror, secutus Iuonem Carnotensem libro 5. de sentent. excomm. & cap. nullus. Concilio Aluernensi: cum tamen is Canon sit tribuendus Concilio Wormaciensi, ut constat ex libro cõciliorum, Canon 2. Wormaciensis Concilii. idem probatur multis auctoribus, quibus apparet, sententiam excommunicationis non esse infligendam à iure, nec à homine, nisi

pro mortali culpa, sicuti docuerunt Theologi, præsertim S. Tho. in 4. sent. dist. 18. quest. 2. ad 3. quest. Felin. post. in d. d. de sent. excom. Ioan. Lup. in cap. per vestras. de donat. vir. & re. 3. v. num. 13. & alii statim in illationibus citandi. est etenim hæc omnium concors sententia, ex qua plura deduci solent, & nos aliquot causâ faciliors cognitionis deducemus.

Primum sane hinc apparet, lege lata, cui adiecta sit excommunicationis pœna, euidenter colligi, legislatoris intentionem fuisse obligare transgressorem ad mortalem culpam. nam alioqui h legi conditor talem intentionem non habuisset, iniquissime talem penam contra legis transgressorem statuisset, qua ratione, vel lex est censenda iniusta, vel intentio obligandi ad mortalem culpam, & communitio obligatio necessaria deducitur, præsertim quia excom. gladius censetur spiritualis, cap. dilecto. ff. tit. cap. venerabilem. cap. si leg. Panor. in c. 1. de hom. not. in c. cum non ab homine. de iust. c. non ripiuntur. 24. q. 3.

Secundo, ut proximam illationem amplius explicemus, inferitur excommunicatione à iure, vel ab homine generaliter inflictam, nemine afficere, nec ligare, nisi is transgrediendo legem, vel iudicis præceptum, mortale crimine commiserit, quod in specie respondit Pau. in 4. sent. dist. 18. quest. 1. art. 2. conclus. 2. cui accedit Hadr. in 4. sentent. in 1. rad. de clauis. 3. vers. fortassis obicit. etenim licet propter excommunicationis penam sit præsumendum, & colligatur, voluisse legislator ad mortalem culpam obligare transgressorem, attamen quoties propter aliquam circumstantiam, & qualitatem actus consistit, transgressiois culpam aliquam mortalem, veniale esse, tunc dicendum est, non esse legem excommunicationis Canonis, nec iudicis, idem notat Syluest. in verb. excommunicatio. 1. notab. 3. fere ad finem.

Tertio, licet in cap. peruenit. ist. tit. satis ab eius interpretibus disputetur, quæ dicitur leuis percussio, ut possit Episcopus absolue percutientem clericum ab excommunicatione, cap. si quis suadente. 17. quest. 4. notat Faber, & Ang. in 8. artic. Ins. de iniur. Syluest. in verb. absolutio. 4. in prin. Floren. in 4. part. tit. 24. cap. 1. §. 3. gloss. in cap. cum illorum. eo. tit. in verb. mutilationem. ter. & ibi Dd. in cap. peruenit. in 1. de appell. & in const. Ioan. 22. quæ incipit. Perlectis literis. nondum typis excusa, ex quibus distinctio iudicis arbitrio relinquatur, tamè illud est oblatio dignum, quod nisi quum percussor clerici, etiam animi vlciscendi, & iniuriam inferendi habens, ea iuris excommunicatione dignum, quod nisi quum percussor commiserit, quemadmodum in specie ista notat Martinus ab Azpilcueta in cap. artic. verba. 1. 1. q. 3. col. 139. auctoritate diuii Tho. qui in 2. 2. q. 88. art. 4. docet, iniuriam leuem, etiam animo vlciscendi, & iniuriam inferendi illatam, veniale peccatum esse, quod & de iniuria in re leui ipsemet scripsit in eadem. 2. 2. q. 60. artic. 3. nos obiter attigimus lib. 1. var. resol. c. 1. col. 3.

Quarto eadem ratione interpretandæ sunt generales quædam excom. à iudicibus contra eos, qui furtum commiserunt, lata. nam his censuris minime ligatur qui ita furtum commisit, quod eius causa veniale tantum, nõ mortale crimen contraxerit, quandoque enim furtum veniale tantum peccatum est, quia in re leui contigerit, ut explicat idem Thom. 2. 2. q. 59. art. 4. & q. 66. art. 6. cuius opinionem & nos examinamus lib. 1. var. resol. c. 3. nu. 21.

Quinto hinc aperitur interpretatio gl. in c. duo. 96. ff. de conat. contumaciam, dignam esse excommunicatione, cuius gl. meminerit Pan. in c. 1. de iud. num. 10. & ibi præter alios Ripa. num. 29. idem Abb. in c. sane. de off. del. in cap. ex parte in 7. de verb. sign. & Corf. in sing. in verb. contumax. Fel. in Rub. huius tit. num. 1. cuius assertiois ea est ratio, quod contumacia in nõ comparando maior sit, quam in non parendo. gloss. in clem. reus de dolo. & cont. in gl. magna. in prin. gl. in l. creditor. ff. de appell. notat Abb. Dec. numer. 13. Ripa numer. 32. & Alc. num. 17. d. cap. 1. etiam qui contumax est, in non comparando, etiam simul contumaciam in non parendo committit, ut constat, idcirco hæc contumacia, utunque sit in re leui, digna est excommunicatione, præsertim, quia contumax in non comparando, peccatum inobedientie contrahit, quod non aliter quam ex contemptu conficitur, ut explicat S. Tho. 2. 2. quest. 105. art. 1. & Caiet. quest. 104. art. 2. contemptus autem, ut superius §. 7. exponebam, mortale peccatum est: igitur contumacia, etiam in re leui, excommunicationem mortalem iustissime patitur, si contingit in non comparando.